Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dne dabit benignitatem et terra mea dabit
fructum suum et
Ps 84 Inclina dne
aurem tuam et exaudi me quoniam inops et
pauper sum ego custodi animam meam quoniam sanctus
sum salvum fac servum tuum deus meus speranti
in te miserere mihi tu dne quoniam ad te
clamavi tu dne suavis et mitis et multe
misericordie omnibus invocantibus te in die
tribulationis mee clamavi ad te quia exaudisti
me non est similis tui inter deos dne et non est secundum
opera tua omnes gentes quecumque fecisti venient
et adorabunt coram te dne et glorificabunt
nomen tuum quoniam magnus es tu et faciens mira-
bilia tu es deus solus doce me dne viam tuam
in veritate tua lætetur cor meum et glorificabo no-
men tuum et erunt dies mei tua magna est
super me et eripuisti animam meam ex inferno
inferiori et tu dne deus miserator et misericors
patiens et multe misericordie et veraz respice
me et miserere mei da imperium tuum puero tuo et salvum fac filium
ancille tue fac mecum signum in bonum ut videant qui oderunt me et confundantur
quia tu dne adiuvisti me et consolatus es me
Ps 85 Dne deus salutis mee in die
clamavi et nocte coram te intret oratio mea
in conspectu tuo inclina aurem tuam ad preces
meas quia repleta est malis anima mea
et vita mea in inferno appropiavit clamavi
ad te dne tota die expandi manus meas ad te
numquid mortuis facies mirabilia aut medici
suscitabunt et confitebuntur tibi numquid narrabit